



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm
Crvcifixvm**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

18. Pedem non extendit ad ascendendum, vel descendendum, nisi
formato prius Crucis signo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

os intorquere. Minuit admirationem Theodoretus, cum suggerit, Simeonē non fuisse ventrosū, nec cibum gustasse, nisi vice simplici per hebdomadam, quod perinde erat, ac si nihil omnino sumpisset.

ITA SIMEON CHRISTVM PASSVM CRVCFIXVM imitatus est, donec tandem post tam longas & diurnas in Columnā excubias; ad nunquam terminandam quietem Beatorum per mortem quæ CRVCFIXORVM omnium est optata in hac vita meta, peruenit.

Hæc aliæque ex Theodoro, Eusebio, Metaphraste, Theophane, Nicephoro, Glyca. Menais Græcorum, & alijs diligenter collegit descripsitq; Matthæus Raderus, in Viridario SSrum p. 3. cap. 4. quod est de Stylitis, ubi plures Simeonis discipulos & imitatores reperies.

VIII.

AMATOR CRVCFIXI

*pedem non extendit ad ascendendum, vel descendendum, nisi formæ præ Cru-
ci signo.*

18,

ID quàm utile sit gressum promouēti, quàm gratum CRVCFIXO, quàmque *Damonis* ingratum insidiatori infernali, licet *illusio.*
colli-

46 CHRISTVS CRVCFIXVS

colligere ex facto Simeonis Stylitzæ paullo ante laudati. Cum Diabolus inuideret Sæcti illius in omni genere virtutum profectui, & præcipue austeritati, qua stans in Columna se affligebat assidue, conuersus formâ exteriori in Angelum lucis, missum se dixit à supremo spectatore ac remuneratore Dæo, vt illum in curru Solis, quemadmodum olim Heliam ad cælum deueheret, vti digna tantis sudoribus præmia capesseret, proinde quadrigas ascenderet in cælum deportandus.

*Dæmon
aurigator
evanescit.*

Simeon precatus Numen, alterū pedem profert è statione, simulque signo Sanctæ CRVCIS, more suo, se cõmunit, cum extemplò phantasma Aurigatoris & vehiculi in ventū & auram evanescit. Quæ fraus adeò malè habuit Simeonē, vt in penā credulitatis, pedē protensum toto anno non retraxerit, sed altero solum totam corporis molem sustineret.

Hoc Simeonis factum omisit Theodoretus, quia ultima vite annis evanit, cum Theodoretus abisset, tradit tamen Anaproximus Simeonis discipulus.